



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Expedita Hollandiae, Zelandiae, Et Ditionis  
Vlraiectensis Expvgnatione**

**Lvxembvrgi, 1591**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31560**

non per è comprobabitur. Tum sinceris omnium prudentium calculis, ut res iustissima summe utilis, & longè expedita, & imprimis maximè necessaria censebitur: adeo q̄, ut celeri mandetur executioni, ad communem orbis quietem, ab omnibus urgetur.

Ceterum omnium Catholicæ Religionis cultorum partes sint: Omnipotens Dei benignitatem, vigili, & assidua prece compellare. Ut ille, in cuius manu cor Regis est, ipsum eo inclinet: quo præsens negotium celeri progressu conficiatur. Velpotius illius misericordia, animos perduellum salubri timore concutiat: ut intellecto hoc negotio, mature & salubriter ad respicientiam commoneantur: Regis q̄, Catholicæ clementiam sepius oblatam, & hoc usq; adeo ingratè, & indignis modis fretam, tandem ultrò petant. Tum debitam legitimi Principis sui obedientiam, adeò inique & contumeliosè abiectam, prudentiori consilio, & promptiori obsequio amplectantur. Nunc communī voto precemur omnes: ut Deus & Dominus noster, pro immensa sua misericordia illuminare dignetur his, qui in tenebris, & in umbrā mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Tum, ut inimicos sanctæ Ecclesiae, & hostes Catholicæ religionis, & Regis humiliare dignetur. Ut tandem destructis aduersitatibus, & erroribus uniuersis, Ecclesia Deo secura seruiat libertate. Quò & nos sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

## PROVERB. XX.

Dissipat impios rex sapiens: & incuruat super eos fornicem.

LUXEMBURGI, M.D.LXXXI.